

1702.

13. Ludovici, Iac. Frst: *Lectiones publicas ad Comparsum Novellarum Iurum Iustiniani . . . intimat et similitate naturae liberatur.*
Iustitiorum Romanae et Germanicae . . . praefatur.
14. ^{16. 6. d.} Ludovici, Iac. Frst: *De impositione silentii* 3 Sept. 1702,
1711, 1711 & 1747.
15. ^{6. 6. c. y} Ludovici, Iac. Frst: *Rejudicis in causis principum protestantium imprimoritatis.*
16. ^{1. 6. b.} Ludovici, Iac. Frst: *De jure carnificium in bona
proprietatum et quaerere eos reprobentibus.* 1702, 1739
& 1749.
17. ^{1. 6. c.} Ludovici, Iac. Frst: *De judicis fortunis.* 2 Sept. 1702
& 1739.
18. ^{1. 6. d.} Ludovici, Iac. Frst: *De immunitate non excusante
3 Sept. 1702, 1702, 1739.*
19. ^{1. 6. e.} Ludovici, Iac. Frst: *De solennibus iuramentorum* 3 Sept. 1702, 1702 & 1739.
20. ^{1. 6. f.} Lustig, Joh. Petrus: *Pdictum Iuliani contra Protagoras
Christianos.* 3 Sept. 1702, 1717 & 1740.

24. ^{o. b.} Ludwig, Th. Petri: Transio supremus & imperio missa-
eata, contra Cenam et Paternum assertores Gallos.

25. Sculpi. 1702 - 1739

22. Schneiter, Th. Friedmann: De illicitâ contra principium
vitæ defensione

23. Schneiter, Th. Friedmann: De Brutorum religione

24. Stahl, Georgius Werner; med. d. et prof. publ. ord. h. f. decanus:
Propensio in my. securitate in charta (ad signa-
tationem, my. Th. Petri Peutinger)

25. Stahl, Georgius Werner: De mortis corruptis

26. Stahl, Georgius Werner: Mortis theoriam medicum
... publico ... examini submittit.

1702 13

20

JUSSU ATQUE AUTORITATE
Serenissimi atq; Potentissimi Principis ac Domini,

DN. FRIDERICI,
REGIS BORUSSORUM, & reliqua,

LECTIONES PUBLICAS

ad

Compendium Novellarum Iustiniani

more recepto intimat


& simul

*De Natura Litis contestationis Romanæ
ac Germanicæ*
pauca præfatur

JAC. FRIDERICUS LUDOVICI,
J. U. Lic. & Prof. Publ. Extr.

Typis CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI, Acad. Typ.

am di goup mulq l. and oenbni si. El sen. m. revisi in ooh
aq non, nsl ol xiq emmias. Prologi q. zilim h. oop
-ti ni emmial q. ni m. m. m. h. ippe. m. m. m. m. m. m.
-di conofitum erit m.
-du m.
-tissim



Q. B. V.

Veditanti mihi, quodnam eligerem thema, de quo lectiones publicas primâ vice indicaturus ex more recepto præfaminis loco nonnulla in publicum differere possem; varia se se offerrebant ex vicieribus Jurisprudentiæ civilis Romanae depromita & hactenus, prout firmiter persuasus sum, vel erroneè profrus, vel non accuratè ad minimū ex genuinis principiis explicata, talia in primis, quæ in doctrina de Processu forenzi ex Romanorum Legibus minus caute ad formam iudiciorum nostrorum dijudicandam haud raro adduci consueverunt. Deprehendebam interim simili, hæc omnia ira comparata esse, ut eorum accurata ex ipsis fontibus instituenda investigatio brevibus hisce pagellis includi nequitque posset; sed vel integrā disputationem, imò tractatum aliquem postularet, atq; adeò, ut in præsenti illa seponerem & magis commodè occasione servarem, me facilè inducebant. Ipsum quoq; thema, quod titulus præsentis Programmati præ se fert, non parum in recessu habere videbatur, cum in plurimas in praxi quotidie occurrentes quæstiones atq; controversias se se diffundat; nihilominus tamen omnium aptissimum sub ductis

ductis rationibus illud esse apparebat, quod in pauciores
lineas contrahi commode posset. Scilicet, ad duo præci-
pua capita recurrere existim, quæ de natura & effectu Litis-
contestationis Romane & Germanica afferri possunt, quod
Litiscontestationi in Legibus Romanis hæc duo prædicata
communiter tribuantur, eam esse initium judicij, & tum
porrò eandem ad classem Quasicontractuum, quos vocant,
referri debere. Prius quod attinet, non quidem, quantum
mihi constat, phrasis memorata: *litiscontestationem esse ini-
tium judicij, nata pñlōv* in Legibus Romanis occurrit, nisi
quod instantiam in causis criminalibus demum à contesta-
tione litis numerandam esse dicatur in l. fin. C. Ut intra cert.
temp. crim. quæst. termin. nihilominus tamen res ipsa in se
satis clara est, si ad analogiam Jurisprudentiæ & indolem
judiciorum Romanorum respicias. Quemadmodum enim
Prætor sive Magistratus & Jūdex neutiquam pro synonymis
habebantur apud Romanos, id quod nemo in dubium vo-
cabit: ita quoque *jus* & *judicium*, item *jus dicere* & *judicare*
alium longè atque alium habebant significatum, quod ult-
imum ex collatione l. 10. ff. de *jurisdic.* cum l. 77. & l. 78.
ff. de *Judic.* facilè patescit, add. l. 11. ff. de *J.* & *J.* Nempe
Prætor in causis controversiis obvenientibus non ipse ju-
dicabat regulariter, (exceptis casibus sub tit. ff. de *extraor-
dinariis cognitionibus comprehensis*) sed præparatoriis qui-
busdam apud eum tractatis, quæ *in jure fieri dicebantur*,
actionem & *formulam dabat*, & partes ad *judices mittebat*,
qui privati dicebantur, & nudam tantum *notionem* habe-
bant sine imperio, Svetonius in *Claudio c. 14.* Reinhardus
Bachovius tr. de *Action. disp. I. th. 27.* Præparatoria autem
illa nihil aliud fuisse, quam ipsam, de qua loquimur, *litiscon-
testationem*, iterum extra dubitationis aleam positum esse
reor. Neque enim agendi aut excipiendi formulam dare
potuisset Prætor, nisi ex prævia *litiscontestatione* inter par-
tes *controversiam* esse atque propterea *constitutionem ju-*

dicis pedanei exigi deprehendisset. Evidem me non latet, plures ex interpretibus in ea adhuc hærere opinione, ac si litiscontestatio non apud Prætorem, sed demum apud judicem pedaneum à litigantibus peracta fuerit, provocantes ad Macrobius lib. 9. e. 16. qui ita: *Veniant*, inquit, *in comitium tristes, jubent dicere, quorum negotium est.* Narrant. *Judex testes poscit. Ipsi it ministrum: ubi redit, ait, se omnia audivisse, tabulas poscit, literas inspicit.* *Vix præ vino sustinet palpebras*, quam sententiam quoque propugnare video Timæum Fabrum, JC. Frisiū, annotat. lib. 1. cap. 23. Verum hic ut persvatus sum, Huberus in prelectionibus ad tit. ff. de judic. n. 21. seq. luculenter jamdum ostendit, recensitum locum non de litiscontestatione, sed ipsa potius plenaria cognitione & causæ discussione (propter verba: *tabulas poscit, literas inspicit,*) explicandum esse. Neque ergo, quæ fusè idem Huberus adducit, exscribere animus est; sed firmiter supponere possumus, judicium apud Judicem pedaneum non cœpisse, antequam litiscontestatio apud Prætorem præcesserit, circa quod suppositum stabiliendum similiter jam ante nos occupatus est Joh. Schilterus in *Prax. jur. Rom. in for. German. Exerc. 13. § 3. & 4.* cui addi potest Ausonius Popma, Frisiū, de ordine & usu judiciorum lib. 2. tit. 29. de litiscontest.

Porrò, litiscontestationem in jure Romano ad classem quasicontractuum referri, à nobis monstrandum erit. Ita autem Pomponius in l. 80. ff. de judic. Si in nomine judicis, prænomine, erratum est: Servius respondit, si ex conventione litigatorum *is judex addictus esset*, eum esse judicem, de quo litigatores sensissent. Neq; verò moveat aliquem, quod paulò ante diximus, Prætorem partes ad judicem misisse; cum hoc nihil aliud evineat, quām partes consentiente & approbante Prætore Judicem sibi ad dirimendam causam dubiam per conventionem elegisse. Eleganter Dionysius Gothofredus ad d. l. 80. *Litigaturi olim Judicem ex decuria jūdicum*

dicum eligeant. Dicebam Judicem, tu condicebas, Judex addi-
cebat, inde Judex addictus, add. l.74. §.1. ff. eod. ubi queritur,
an Judex, qui ad certam summam judicare jussus est, etiam
de re majori judicare posse? & responderetur affirmative,
si modo inter partes conveniat. Et quid multis ambagibus
opus? prout in stipulatione contrahitur, ita quoq; judicio
contrahi assentit Ulpianus in l.3. §.11. ff. de pecul. qui idem in
l.11. §.1. ff. de novat. nec non Paulus in l.29. ff. eod. litiscon-
testationem speciebus novationis, & necessariæ quidem, ac-
censet. Simil autem, dum hic posterior novationem ne-
cessariam esse dicit litiscontestationem, ratio appetat, quare
non ad veros, sed quasi contractus eadem referri mereatur.
Neque enim expresse promiserunt partes, quod velint sta-
re eo, quod judex pronunciavit; sed lex hoc exinde infert,
quia Judici potestatem judicandi commiserunt, quæ judi-
candi potestas alias irrita planè & sine omni effectu futura
esset. Dicendum est, inquit illustr. Drn. Stryk. de investig. act.
Sect. 1. membr. 9. §. 28. eatus latitare quasi contractum in li-
tiscontestatione, quatenus alter litigante se committendo, tacite se ob-
ligasse videtur ad illud praestandum, quod adjudicatum fuerit,
ut inde implementum obligationis ex litiscontestatione oriundæ
dependeat ex futura sententia, sententia vero effectus retro-
trabatur ad tempus litis contestationis, v. Obrecht. de litiscontest.
c. 10. n. 61. & 84. Brunnenm. ad l.3 ff. de pecul. n. 7. Ex quibus jam
facile liquet, cur speciali illa actione opus fuerit apud Ro-
manos, quæ judicati communiter vocatur, v. l.6. §.f. ff. de re
judic. l. 69. ff. de solut. Scilicet Judex postquam semel sen-
tentiam dixerat, postea Judex esse desinebat & officio suo
functus erat, l.55. ff. de re jud. potestatem enim exequendi
ipso nec concederant, nec concedere potuerant litigantes,
& ergo executio à Prætore petenda erat idq; per specialem
actionem. Jam forsitan excipere potuisset condemnatus, se
non esse obligatum, ut solvat illud, in quod condemnatus
erat, ex ratione, quod judex pedaneus sit. Ictus, homo aliquis

privatus, qui nullo imperii jure in ipsum gaudeat. Ergo, ut huic dubio satisficeret, respondendum erat, condemnatum per quasi contractum in litis contestatione se judici subjecisse illique potestatem definiendi causam controversam concessisse, vi cuius quasi contractus Praetor ad institutam judicati actionem per modum executionis omnino jam procedere posuit.

Hac ita juxta stylum judiciorum Romanorum obtinebant. Quid jam de nostra litis contestatione dicemus? Et quidem, cum apud omnes in confessio sit, processum nostrum Magistratusque nostros ex Legibus Romanis non posse dijudicari; breviter hic differentiam utriusque fori, sed clare simul, ostendere poterimus. Habeimus adhuc *Prætores* & in urbibus & in pagis; sed tales non habemus, quales apud Romanos erant. Auditur adhuc vocabulum *Judicum*; ast pedanei *Judices* in Germania nunquam innotuerunt. *Praetor* ergo sive *Magistratus* & *Judex* mōribus nostris promiscue capiuntur. *Magistratus*, corā quo fit *litiscontestatio*, is simul quoque de causa cognoscit, sententiam profert, neque hac prolatâ officium ejus definit, sed simul etiam sententiam suam exequitur. Exulat ergo actio judicati & executio per nudam implorationem officii judicis petitur, Gail. 2. Obs. 13. Lauterbach *Compend. jür. ad tit. de re jud. inf.* Quid enim opus est, ut nobis concipiamus, partes adhuc hodie per quasi contractum in litis contestatione facultatem judicandi *Judicibus* concedere; cum *Judices* nostri tanquam à Principe constituti publicâ gaudent autoritate & in invitox quoque ab initio statim jurisdictionem suam exercant. Unde initium judicij hodie non est *litiscontestatio*, sed *citatio*. In jus vocationem in sensu Romano amplius plane non habemus.

Cessante ergo fundamento, conclusiones etiam cessare debuissent, quæ huic fundamento à Jctis Romanis superstructæ reperiuntur. Sed debuissent, factum enim id minimè est. Ruditas siquidem eorum temporum, quo jus Romanum in Germaniam intrudebatur: ignorantia item historie & genuinorum principiorum, qua laborabant Glossatores eorumque fraterculi, hoc efficit, ut in plurimis Germania nostra fortis hodienum in viridi, quod ajunt, observantia omnes eas conclusiones esse videoas. Percurramus potiores breviter & simul monstramus, omnia potius invertenda fuisse. *Litiscontestatio* est initium judicij, ergo à tempore, quo eadem facta est, mala fides inducitur


citur & possessor ad fructus percipiendos, quos scilicet ipse percipere potuisset, tenetur, l. 25. §. 7. ff. de her. pet. l. 2. C. de fruct. & lit. expens. ibique Brunnem. & quamvis in d. l. 25. dicatur, etiam post controversiam motam malam fidem induci ; DD. tamen hoc saltem tanquam speciale aliquod in hereditatis petitione, tanquam actione universali, explicant, Andr. Rauchbar p. 1. qu. 28. Carpzov. p. 3. c. 33. d. 30. n. 13. 14. Porro per litis contestationem demum usucapio interrupitur, v. l. 9. §. 6. ff. ad exhib. l. 2. §. f. ff. pro emt. vitium litigiosi inducitur, l. 2. C. de litig. l. 1. ff. eod. & litispendentia post eam factam incipit, v. l. 19. ff. de jurisdict. l. 30. ff. de judic. Ex eo, quod litiscontestatio quasi contractibus accensetur, profluit, Procuratorem fieri dominum litis, l. 22. 23. C. de Procurat. Idem intuitu Tutorum & Curatorum obtinet, qui exinde ante litem contestatam non procuratorem, sed actorem solummodo constitunt, l. 11. C. eod. omnium autem potissimum hoc est, quod postquam lis inter partes contestata est, actiones penales etiam ad heredes transmittantur & sic heres ex defuncti delicto conveniri posit, l. 26. §. 58. ff. de O & A. quo pertinet casus l. 3. §. 11. ff. de pecul. ubi quidem actio ab initio contra Patrem denegatur ob delictum a filio commissum; nihilominus tamen deinde executionem contra Patrem fieri posse conceditur, postquam filius fam. prævia litiscontestatione, in judicio condemnatus erat. Plura recensere supercedeo, conferri potest de aliis litiscontestationis effectibus Ausonius Popma loc. prox. cit.


Quid nunc de effectibus litiscontestationis, que sit in foris nostris, adserendum erit? credo, occident nonnulli tritum illud: quicquid non est abrogatum, cur illud non adhuc stare presumatur? Nos vero contra, cum in eo consentientes habeamus si non omnes, certe tamen plures, procellum nostrum cum procellu Romano non convenire, sed ex jure canonico dijudicandum esse, regerere poterimus: quicquid non est receptum, cur unquam fieri presumatur? & propterea judge Schiltero Ex. 13. §. 4. an a deuolav fuisse dicimus, retinere dictoria juris Romani, cum nostro procedendi ordine differentia juris & judicii plane sit incognita. Quid ergo? Nihil aliud, quam ut dicamus, hodie malam fidem induci per solam citationem, adeoque non esse pronunciandum, daß die fructus percipiendi von Zeit der geschehenen Kriegs-Befestigung / sed von Zeit der erhobenen Klage zu erstatten: sic porro, usucaptionem interrumpi citatione sola, quod de jure can. certum, Heig. p. 1. qu. 16. num. 63.

Struv.

Struv. Ex. 43. th. 28. Carpzov. p. 2. C. 7. d. 6. vitium litigiosi & litispendentiam induci per solam citationem, v. Lauterb. de in jus voc. in fin. Dominium litis hodie non obtainere in procuratoribus ex cessatione singularum effectuum, quæ huic dominio alias tribuuntur jamdudum deduxit Schilter. Ex. 10. th. 43. seqq. & post eum Dr. Beyer Pos. ff. de Procur. pos. 72. seqq. Idem de Tutorum & Curatorum prætenso dominio iudicium esto. Neque hodie, si accurate procedere vellemus, dici posset, actiones penales ex delictis post item contestatam contra heredes quoque dari, cum litis contestatio nostra non sit quasi contractus. Autoritates, si desideras, provocamus iterum ad Huberum, Schilterum, aliosque celeberrimos Ictos, qui hæc dudum demonstrarunt, licet autoritatibus in rem clara non opus esse videatur. Hæc specimenis loco indicasse sufficiat. Veniamus ad propositum nostrum, quod ipsum nec non angustia pagina nobis, ut hanc materiam plenius excutiamus, ne uitium permittit.

Postquam scilicet Serenissimus atque Potentissimus Princeps ac Dominus, DN. FRIDERICVS, Rex Borussorum, Dominus meus multum clementissimus, ante aliquot tempus Professionis juris extraordinaria spartam ex singulari clementia mihi demandavit; ad officium meum pertinere existimavi, ut non solum privatum docendo studiosæ juventuti inservirem, sed quoque ut jura in cathedra publica profitendo spartam hanc meam pro viribus exornarem. Placuit autem prima hac vice doctrinam juris Romani novissimi, quod in Novellis suis exhibet Justinianus, Auditoribus meis proponere, quem in finem nuper eam in Compendio Novellarum Justiniani, quod hic loci in officina Libraria Rengeiana prostat, summatim exhibui, cum ipse Novellarum textus nimis sit obscurus & ob alias etiam caufas, quas in prefatione dicti Compendii recensitas invenies, tanquam fundamentum hujus Collegii publici substerni commode non potuerit. Quod ergo feliciter verrat, explicationem Compendii Novellarum bono cum Deo auspicio, ea methodo usus, qua haec tenus in Collegiis privatis usus sum, ut scilicet sensum cuiuslibet novelle per discutum perficie explanem & potiora deinde momenta ad calamus dictitem. De finavi huic labore horam ab XI ad XII triam posteriorum in hebdomada diuinum, Iobis, Veneris & Sabbathi, initium facturus die XXIII Martii. Ut ergo Honoratissimi & gravissimi Commilitones nostri frequentes huic Collegio adesse velint, et quod humanissime ab illis experimentis & desideramus. P. P. in Academia Fridericana d. XIX. Martii MDCCII.





ULB Halle
002 406 853


3



Sb.







FarbKarte #13

B.I.G.

1702 13
20
QUE AUTORITATE
entissimi Principis ac Domini,
RIDERICI,
USSORUM, & reliqua,
NES PUBLICAS
ad
Novellarum Iustiniani
receptō intimat
& simul
scontentationis Romanæ
Germanicæ
tuca præfatur
RICUS LUDOVICI,
& Prof. Publ. Extr.

ANDREÆ ZEITLERI, Acad. Typ.

Inches
1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres
1 2 3 4 5 6 7 8